

Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.

Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

Joachim Heinrich Sibrand

**Programma, Quo Rector Universitatis Rostochiensis, Joachimvs Henricvs
Sibrand, V. I. D. & Prof. Publ. ... Ferias Paschales Pia Meditatione De Christo
Resvrgente, Vt Sole Oriente, celebrare, Cives Academicos invitat**

Rostochii: Typis Johannis Jacobi Adleri, [1726?]

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn877029482>

Druck Freier  Zugang





T. 512.

1726 Ostern.

M-1258. 192.

op. 1726 C.

PROGRAMMA,
Quo
RECTOR Universitatis Rostochiensis,
JOACHIMVS HENRICVS
SIBRAND,
V. I. D. & Prof. Publ. Fac. Iur. Senior,
F E R I A S
P A S C H A L E S
Pia Meditatione
DE
CHRISTO
RESVRGENTE,
VT
SOLE ORIENTE,
celebrare,
Cives Academicos invitat.



ROSTOCHII,
Typis JOHANNIS JACOBI ADLERİ, SEREN. PRINC. &
ACAD. Typographi.

1726.

M 1258 192



a. * * w.



Erena Vespera, serenum subsequentem promittit diem, & purpureis radiis tinctus dum occidit sol, jucundus aspectu abit, ut adhuc jucundior aspectu oriatur. Donec enim nocturnum frigus, interspirante refregerante Euro, circumerrantes domaverit & considere jufferit aëris nebulas atque vapores, nuncius venit ab ortu rosea aurora, accendentis candidissimo & fulgidissimo nitore sideris solaris. Surgunt ex nocturnis umbris placide volantes oscines, & resonante per frondibus vestita nemora amoenissimo cantu, ad jubila & hymnos incitant & excitant, imbutas beneficiis divinis hominum mentes. Sic agiles & lætos ascendens Sol nos aspicit, ut sit serena dies, lætitiarum nostrarum exoptatissima origo. Tantum hilaritatis, cum & oculis & mentibus nostris, simul cum surgente veniat Sole, quid non opinamini C. O. derivari gaudii, affundi hilaritatis, surgere felicitatis atque jucunditatis paenitibus, surgente ex nocturnis umbris Sole justitiae, Phosphoro gratiæ, JEsu puta ex mortuis excitato?

Se-

Serena vespera, ubi purpureis radiis tinctus occidebat ille, serenum promisit subsequentem diem, & qui jucundus aspectu oculis sese subtrahebat nostris Salvator, jucundior aspectu oritur. Nostis, quod formositatem in faciebus IESu patientis dolorofis contemplantes, tot observaverimus amoenitates, atque pulchritudines, ut species fulgidi, & suo in nosmet amore & misericordia radiantis Solis, vivis sese nobis ob oculos pingat coloribus, imo vero ex nostris nunquam extingvatur animis. Vere serenus, vere jucundus occidebat. Vere serenus, vere jucundus iterum oritur. Hæc erat venusta facies in suomet pretiosissimo sangvine demergentis sese, tanquam in Oceano, æterni luminis, ut, amore ardens, integritate & dexterimo favore candidus, studio & labore ob nostram salutem rubicundus, imo largiter perfuso sangvine tanquam purpura illinitus atque ornatus, orans fervide, expians efficaciter, nostrum inter amorem, & paternam voluntatem hærens occumbere properaverit, fracta tamen oculorum lumina, ut refractos intensi amoris radios sœpius attollens, ut occidens Sol sereno cœlo, quo citius ad occasum pergit, eo sœpius allevare se videtur, ac si amore quodam in terricolas incitatus, dubitet, se nostris subtrahere oculis, mox abscondens se, mox elevans & rediens. Volente tamen ita jussu paterno, imo jubente propria voluntate, consummationem nostræ redemptionis appetente, occidit & exspiravit placide, sepulcro est inclusus, nostroque aspectui semet subduxit. Tristis vox! tristior abitus illius, quem anima requirit anxie, quem amat tenerime. Siccine atra nos occupat nox, siccine spissis tegimur tenebris? Cresceretne timor, augereturne peccato-

(2

rum

rum pavidus tremor? Augeretur merito, si media-
tore destitueremur, cresceret merito, si mala nobis
imminentia, si ira in nos divina cresceret, & acuere-
tur. Verum nullus ira fulgur interstingvit hanc no-
tem, nullum legis tonitru terret nos, non caremus,
non destituimur nostro mediatore, cujus gratia, me-
rito & auxilio nos utique novimus beatos. Sunt ergo
& jucundæ ex hoc Solis justitiae abitu oriundæ tene-
bræ, perpetuo diluculo comparandæ, perpetua ani-
marum exhilaratio. Reconditus in tumba Salvator
nostram secum reposuit, & inhumavit iniquitatem,
ut corrumperetur quasi, & hoc nocturno frigore do-
maretur. Sic Flamen divinum, fidem in nobis cre-
ans & nos refrigerans, sicut nubeculam, & sicut nu-
bem delet nostras iniquitates, nostraque peccata aufert.
E medio sublatas malitias, in sepulcro Christi coacer-
vatas reperire licet, nullum ergo est peccatum, & conde-
mnatio in iis, qui sunt in Christo Jesu. Rom. II X, 1. Ad
hoc enim confert mors Salvatoris nostri, ut testamen-
tum in ipsis sangvine, ipsis testatoris obitu redde-
retur certum, firmum, & irrevocabile, Ebr. IX. v. 15. 16.
17. nobisque maneret promerita salus indisputabilis.
Ita enim prædixerat Deus: *Hoc est illud testamentum,*
Indam leges meas cordibus eorum, & eorum mentibus eas
inscribam. Et peccatorum atque transgressionum ipsorum
non recordabor amplius. Ebr. X. 16. 17. Ideoque spem
suam augere & fidem roborare, & redditum absconditi
tantum, non extinti Solis exspectare didicit ex nocte
mortis Christi, quilibet fidelis. Facit autem ipse, ne
forte quod nos vexet dubium, aut absentia sua pro-
trahatur diu, sperantibus enim fidelibus & credenti-
bus, quod non vident, ipse venit testis triumphator
maj-

majestaticus, oculisque exhibit videndum sese glorio-
fissime. Incipit diluculum matutinum, ingruit au-
rora, venit Sol, & ita serena maxime dies introduci-
tur. Dicam summatim: Surgit à mortuis Salvator.
Salve gloria dies, salve desideratissimum lumen, sal-
ve Sol justitiae, fulgor æternæ gloriæ, lumen a lumine
natum, salve JESU! Hodie videmus, quomodo sere-
nam vesperam serena sequatur & beatissima dies. Dum
nascebatur infans λόγος, dum in forma servili obam-
bularet, negotium redemptionis doloroso cultu con-
summaret, emicuere gloriæ suæ divinæ radii, ut ha-
beret fides, quo delectaretur, hodie vero, ubi resurgen-
tem à mortuis illum contemplamur triumphatorem,
& liberius & lucidius eum cognoscimus verum Deum,
& vitam æternam. Quod dixit de Majestatica verbi
divini celebratione divinus Psalmista, Pf. XIX. 7. E-
greditur Sol, uti sponsus ex thalamo, & gaudet sicuti vir
fortis, decursurus viam suam; salva veritate ad Christum
vincula mortis recludentem, & ex tumbo prodeun-
tem, applicarem. Si unquam venustatem, hilarita-
tem, & serenum vultum præ se fert ex thalamo surgens
sponsus, præ se fert iste sponsus animarum, eos sibi de-
sponsans justitia, judicio, benignitate & misericordia. Hos.
II. v. 19. Ex tumba, non nisi ex thalamo egreditur,
de nostra fide & suo amore triumphans. Quem re-
centem & infraetum vigorem affert vir fortis, decur-
surus viam suam, hunc ex victoria reportat brachium
Domini. Descendebat ad inferos, victorem sese mon-
stratus spiritibus damnatis, triumphum de ever-
fa ipsorum instituit malitia, & spectaculum ex i-
pis instituit publicum. Vedit ita & sensit ser-
pens venenatus concussum verticem suum, ex-
X. 3 per-

pertus est proprio damno cum omnipotenti rem
sibi fuisse. Licet ergo nec viribus suis pepercere,
nec sanguinem effundere, vitamque efflare dubitaver-
it, prodit tamen ita fortis, ita infractus, ita robustus,
omnipotens, & hostibus suis terribilis, ut jam de-
mum esset decursurus viam suam, jam demum pro
nostra salute dimicaturus. In quo ergo habitavit per
totum exinanitionis statum omnis plenitudo Deitatis;
cui concessa etiam in exinanitionis statu propter u-
nionem hypostaticam omnis potestas in cœlo & in ter-
ra, Matth. XXVIII. v. 18. hic statum gloriæ & exalta-
tionis occupans, quam micantem hactenus solum-
modo interdum monstravit gloriam divinam, jam o-
mnium nostrum ineffabili gaudio libere effulgere &
nos irradiare sinit. Nostra fides Jesum sanctum san-
ctorum intrantem est secuta, certitudinem de bene-
volentia divina & salute æterna spes sustinuit in Chri-
stum fundata; sed a morte liberatus, & ex sancto san-
ctorum progrediens Pontifex summus, plausibus ex-
cipitur nostris, qui & nuncium, & testem, & pignus
recuperatæ gratiæ divinæ habemus eum a mortuis su-
scitatum. O diem amoenum, multo sereniorem &
gloriosiorem, eum antecedente vespera: Illa poposcit
fidem, hic largitur, illa inchoavit gaudium nostrum,
hic consummavit, illa patentes monstravit oculos,
hic nosmet introduxit, illa nos DEo obtulit, hic no-
bis offert DEum, illa Divinum erga nos sollicitavit a-
morem, hic nostrum pellicit in DEum amatorem a-
morem mutuum, illa promeruit salutem, hic dat,
porrigit, exhibet, confert eandem. Fruimur hoc ma-
ne iis, quæ optavimus vesperi, tetendimus manus ad
DEum heri supplices, hodie tendit ad nos Deus man-
us benedicentes. Sic singulis mane nova est bonitas
di-

divina, & ejus fides magna. In hoc resurrectionis Christi negotio struitur omne fidei fundamentum, ex eo colligitur omne animæ nutrimentum, comparatur omne spiritus incrementum, oritur cordis oblectamentum, amoris erga DEum incitamentum. Et sicut naturalis solis præsentia, vegetantibus fitientibus, saluberrimam roris adducit materiam, sic stillat gratia divina roris instar eo copiosior supra languida & marcescentia corda, qvo serenior Christus, & magis majestatice oritur. Hauriatis, o palmites! hauriatis ex Christo vite dulcissimum succum nutritium, suam justitiam, suam lætitiam; saturabimini excitati ad ejus imaginem, qui a mortuis excitatus scaturigo est & abyssus omnium nostrarum felicitatum. Nil sane deest nostræ felicitati, nil obstat nostræ hilaritati, adest JESus noster thesaurus, noster amor, nostra vita, nostra salus, summum nostrum bonum. Quid nos retardat impedimenti, quominus eo fruamur, fruentes delectemur, delectati recreemur, recreati ad laudes & jubila excitemur? Ut nesciunt silere, oriente jucundo sole, oscines, sed suo cantu, quasi præconum voce, creatorem laudantes, homines ad sanctissimum idem negotium exhortantur; sic quibus intueri datur gloriam facierum Divinarum, angeli statim adsunt resurgentib[us] Triumphantori, suis jubilis eum celebraturi, suis adhortationibus sollicitis discipulis, & amicis adfuturi. Ne patiamini frustra præcipi mulierculis hæc: adeatis & nuncietis resurrectionem discipulis suis. Auscultate hos resurrectionis Christi gloriosæ præcones, incitemini ad similem conatum, ut invicem vobis acclametis jubilantem vocem, surrexit Christus hodie, Hallelujah. Hanc meam ergo

C.O.

C. O. vosmet alloqui finatis hodie vocem , surrexit Christus, exultate ! Meditemini quam hic sit latus nuncius , & quot nobis proponat gaudia. Veneremini solem vestrae justitiae, gaudeatis de radiis gloriae & gratiae divinae , amate eum , qui vosmet amavit. Deseratis ergo tenebras & caligines fqualidas peccatorum, pascatis oculos vestros hoc cordis vero oblectamento ; allaboretis , ut stillans ex hac aurora solamen divinum, & largiter effusa gratia spiritui vestro affundat nutrimentum , & beneficiis divinis imbutae mentes calefiant amore altissimi. Ablegetis cor vestrum ad eum, qui sedet ad dextram Patris, & vosmet & suo & Patris benevolo cordi applicavit, atque admovit. Si qua est in vobis grata beneficiorum divinorum memoria, si qua dulcedenis divinae aestumatio , cor vestrum erit ibi, ubi omnium nostrorum est thesaurus, ut dicat quilibet nostrum cum S. Bernardo,

Christus ad patrem rediit,

Cœleste numen subiit,

Cor meum - me destituit,

Post eum simul abiit.

Faxit.

P.P. Sub Sigillo Rectoratus, Ipsa Feria Paschali.






Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn877029482/phys_0011](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn877029482/phys_0011)

DFG



majestaticus, oculisque exhibit videndum
 sissime. Incipit diluculum matutinum,
 rora, venit Sol, & ita serena maxime dies
 tur. Dicam summatim: Surgit à mortu
 Salve gloriofa dies, salve desideratissimum
 ve Sol justitiae, fulgor æternæ gloriae, lumen
 natum, salve JESU! Hodie videmus, quo
 nam vesperam serena sequatur & beatissima
 nascebatur infans λόγος, dum in forma fer
 bularer, negotium redemptionis doloroso
 summaret, emicuere gloriae suæ divinæ ra
 beret fides, quo delectaretur, hodie vero, ub
 tem à mortuis illum contemplamur trium
 & liberius & lucidius eum cognoscimus ve
 & vitam æternam. Quod dixit de Majestate
 divini celebratione divinus Psalmista, Pf.
 greditur Sol, uti sponsus ex thalamo, & gaud
 fortis, decursurus viam suam; salva veritate a
 vincula mortis recludentem, & ex tumba
 tem, applicarem. Si unquam venustatem
 & sereneum vultum præ se fert ex thalamo
 sponsus, præ se fert iste sponsus animarum
 sponsans justitia, judicio, benignitate & miseri
 II. v. 19. Ex tumba, non nisi ex thalamo
 de nostra fide & suo amore triumphans,
 centem & infractum vigorem afferit vir fo
 furus viam suam, hunc ex victoria reporta
 Domini. Descendebat ad inferos, victore
 stratus spiritibus damnatis, triumphu
 fa ipsorum instituit malitia, & spectacu
 lis instituit publicum. Vedit ita &
 pens venenatus concussum verticem

